Universitätsbibliothek Paderborn

# Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o. iij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

quod mulier inclinata. ⁊ hoc
ficulnea reſeruata quod muli
er erecta. Tu autem domine.
D ominus vinee Lectõ ſcda.
tertio venit ad ficulneã ⁊ fru
ctum minime inuenit: ⁊ muli-
er que erecta eſt decem ⁊ octo
annis fuerat curua. Hoc aũt
decem ⁊ octo annoꝝ numero
ſignatur quod tertio domin⁹
vinee ad infructuoſam ficulne
am veniſſe perhibetur. Tu au
tem dñe miſerere nob. Lcõ. iij
Q uia igitur p̃mittendo ſum
matim tota perſtrinxim⁹ iam
per lectionis oꝛdinem ſingula
diſſeramus. Arboꝛem fici ha
bebat quidam plantatam in
vinea: ⁊ venit querens fructũ
in illa ⁊ non inuenit. quid ar-
boꝛ fici niſi humanam natu-
ram ſignat. Quid mulier incli-
nata niſi eandem naturam ſi-
gnificando denũciat. Que et
bene plantata eſt ſicut ficus. ⁊
bene creata ſicut mulier: ſed ĩ
culpa pꝛopꝛia ſponte lapſa. ne
q3 fructum ſeruat operatõnis
neq3 ſtatum rectitudinis. Tu
autem domine Capitulum.
I n dieb⁹ illis Locutus ẽ do-
minus ad Moyſen dicẽs. de
cimo die menſis huius ſepti-
mi dies expiationum erit ce-
leberrim⁹ ⁊ vocabitur ſanct⁹.
dic dñs ops. Deo. Sup bñd
añ. Dixit aũt domin⁹ ad cul
toꝛem vinee. Ecce anni tres
ſunt ex quo venio querens fru
ctũ in ficulnea hac ⁊ nõ inue
ni ſuccide ergo illam vt quid
etiam terram occupat. Col.
O mnipotẽs ſempiterne de-
us qui per continentiam ſalu
tarem ⁊ coꝛpoꝛib⁹ mederis et
mentibus: maieſtatem tuam
ſupplices depꝛecamur: vt pie
ieiunantium deuotione pla-
catus: et pꝛeſentia nobis ſub-
ſidia pꝛebeas. et futura. Per
dominum noſtrum Jeſũ chri
ſtum. Preces et cetera vt ſup
feria quarta. Nota etiam ꝙ i
veſperis harum trium feriarũ
nihil dicitur de quattuoꝛ tem
poꝛibus. ſed vel de dñica vel
de ſancto ſi feſtum nouem le-
ctionum in aliquam earum in
ciderit.
Sequit hiſtoꝛia ſabbato an-
te aduentum celebranda que
eſt de commemoratione bea-
te Marie virginis. In pꝛimiſ
veſpis ſuper ps de dña anti.
Nigra ſũ ſed foꝛmoſa filie hie
ruſalem ſicut tabernacula ce-
dar ſicut pellis ſalomonis no
lite me cõſiderare ꝙ fuſca ſum.
quia decoloꝛauit me ſol. Ca.
E go quaſi vitis fructificaui
ſuauitatẽ odoꝛis ⁊ floꝛes mei
fructus honoꝛis ⁊ honeſtatis
Deo gratias. R. Salue ma
ria gemma pudicitie de q̃ mũ
do illuxit ſol iuſticie. ſalue pia
mater chriſtianoꝛũ. Succurre

filijs ad filium regem angelo-
rum ℣. Virgo ſolamen deſo-
latorum ſpes ⁊ mater benig-
na orphanorum. Succurre ſi.
Gloria. Succurre. Hymnus
Aue maris ſtella. ℣. Poſt p-
tum. Sup mag. añ. Alma re-
demptoris mater que peruia
celi porta manens ⁊ ſtella ma-
ris ſuccurre cadẽti ſurgere cui
cura eſt populo. Tu que genu-
iſti natura mirante tuum ſcm̃
genitorez. Virgo prius ac po-
ſterius gabrielis ab ore ſumẽſ
illud aue peccatorum miſere-
re. Collcã.
Omnipotens ſem-
piterne deus qui glorioſe vir-
ginis et matris marie corpus
⁊ animam vt dignum filij tui
habitaculum effici mereretur
cooperante ſpiritusſancto ꝑpa-
raſti. da vt cuius cõmemora-
tione letamur. eius pia inter-
ceſſione ab inſtantibus mal'
⁊ a morte perpetua liberemur
Per eundem. eiuſdem. Ad
completorium añ. Sub tuaz
protectionem. Hymnꝰ. Vir-
go ſingularis. Capitulum.
Tranſite ad me omnes qui
concupiſcitis me ⁊ a generati-
onibꝫ meis adiplemini. deo.
℣. Elegit. Super nũc dimit-
tis añg. Glorificamus te dei
genitrix qꝛ ex te natus ẽ chri-
ſtus ſalua om̃es qui te glorifi-
cant. Preces vſqꝫ Sacerdo-
tes. ℣. Sentiant. Collecta.

Concede queſumus miſeri-
cors deus fragilitati noſtre p̄-
ſidium: vt qui ſancte dei geni-
tricis commemorationẽ agi-
mus eius apud te patrocinia
ſentiamus. Per eũ. Ad matu-
tinas Inuitator. In honore
beatiſſime marie virginis Ju-
bilemus deo. ps Venite. In
primo noct. añ. Ecce tu pul-
chra es amica mea. ecce tu pul-
chra oculi tui columbarum.
Ps. Domie dominus noſter
Aña. Sicut lilium inter ſpi-
nas ſic amica mea inter filias
Ps. Celi enarrant. Añ Fa-
uus diſtillans labia tua ſpon-
ſa et odor veſtimentorum tuo-
rum ſicut odor thuris. pſalm
Domini eſt terra. ℣. Specie
tua et pulchritudine tua In-
tende proſpere procede ⁊ reg-
na. Lctõ prima. Sermo bea-
ti Auguſtini epiſcopi.
Adeſt nobis dilectiſſimi
dies venerabilis virginis ma-
rie dedicatus. Et ideo gaude-
at terra noſtra tante virgĩ de-
bitum obſequium exhibendo
Hec eſt enĩ flos campi dꝫ qua
ortum eſt precioſum lilium cõ-
uallium. Per cuius partum
mutaꝛ natura prothoplaſto-
rumqꝫ deletur culpa. preciſuz
eſt in ea eue infelicitatis elogi-
um quo dicitur ei: In dolore
paries filios quia maria ĩ le-
ticia concepit dominuz. Eua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN